

3 In quo sunt omnes thesauri sapientiae ac scientiae reconditi.

IN QVO SUNT OMNES THESAURI P. Particulam: In quo nonnulli ad totum illud complexum referunt de agnitione mysterij: vt sit Euangelij commendatio, ne vilius vtilitate propter speciem & iudicium mundi & rationis offendamur. Alij vero ad proximum tantum referunt, nempe ad Christum. Tamen etsi autem parum est discriminis inter hoc & illud, posterius tamen melius conuenit, & est magis receptum. Sensus est igitur, a. Christum cum esse in quo omnia nobis ad salutem necessaria reposita sunt, c. & in ipso latere thesaurus omnes sapientiae & scientiae. A. Vnde sequitur nos perfecte sapere si Christum vere cognoscimus: c. contra, insaniam esse praeter ipsum qui quam scire velle. Nam quum Pater se in illo totum patefecerit, extra Deum sapere vult qui non est solo Christo contentus. P. Pater igitur cum Filium suum vni- genitum nobis dedit, in eo nobis omnem proposuit perfectionem, omnem sapientiam & scientiam, vt ad hunc ceu thesaurum inexhaustum & fontem aquarum viuarum perennem accedentes, petamus hauriamusque quantum ad veram sapientiam & salutem satis est. Ita vero repetit quae supra, i. c. 19. dixerat: simul & arrogantioris cuiusdam eruditionis & philosophiae professores superciliosiores perstringit, quib. subinde in ore erat eruditio, disciplina, sapientia & scientia & si quae his similia erant sapientiam crepantia & selquipedalia verba. Paulus ergo Christum facit verum omnium scientiae & sapientiae colophonem, abstrahens Colossensium animos a vana & superciliosa quorundam professione, quibus non poterat non sordere simplex & proba Euangelij doctrina RECONDITI. B. Alludit ad Euangelium, quod est mysterium, nec sit apertum nisi ex diuina reuelatione. c. Non enim eminent Euangelij thesauri magno splendore conspicui: sed potius sub crucis humilitate & simplicitate contemptibili quasi delitescunt. Est enim semper crucis praedicatione mundo stultitia, i. Cor. cap. 1. c. 18. AMB. Digne etiam omnes thesauri sapientiae & scientiae dicuntur in Christo absconditi: quia omnis scientiae ratio totius creaturae supernae & terrena in eo vt si oportet qui omnium eorum caput est, siue Angelorum, siue solis, siue lunae, siue stellarum, aut ceterarum rerum, omnis scientiae peritia in authore illorum est: vt qui hunc agnoscit, nihil ultra requirat, nec sapientiam nec virtutem: qui agnouit eum in quo perfecta virtus perfecta quae sapientia est. Quae quidem enim alibi se putant inuenire, plene in hoc & abunde inueniet. B. Quaeunque ergo de vno Deo trino, immenso, vero & aeterno scire refert, quaeque de vera sapientia, iustitia, de veritate, de aeterno praemio, de immortalitate, de fine bonorum & malorum, de studio recte praecipitur, hoc totum licet e Christi mysterio haurire. Haud enim abs te sapientia Dei appellatur. c. Inter sapientiam & scientiam hoc loco non magnum est discrimen. B. Hisce enim vocibus comprehendere & asserere voluit Paulus cognitionem & sapientiam & per omnia solutam.

4 Hoc autem dico, ne quis vobis imponat probabilitate sermonis.

HOC AUTEM DICO, QVIS VOBIS IMPONAT. B. Incipit hic Apostolus alteram huius Epistolae partem, in qua dehortatur a falsis doctoribus falsis doctrinis mediis & causis gratuitam iustitiam euertere conantibus. Ab anti he- si hortatur ad constantiam in sancta doctrina & de vera iustitia & iustitiae verae causis & mediis. Agitur hic Paulus prudentis medicus instar, qui postquam docuit de salutaribus remediis, postea monet & de non salutaribus. B. clarius ergo nunc exponit in quem finem docuerit haec, omnes thesauros sapientiae & scientiae in vno Christo reconditos esse, nimirum ne paterentur sibi falso & in speciem probabili sermone imponi ab iis qui sapientiam huius mundi iactantes, simplicitatem & puritatem Euangelicam, fontem scilicet lymphidissimum, conabantur turbare. P. Sermonis probabilitatem vocat sophisticas argutias, rhetorica argumenta, & quicquid specioso fuco humanae rationis, sapientiae titulo inducitur: quasi in aliis rebus, & non in sola Christi cognitione iustitia sita sit. c. Hanc sermonis probabilitatem a se alienam fuisse gloriatur Paulus, i. Cor. c. 2. a. 4.

5 Etenim quamuis carne sim absens, tamen spiritu vobiscum sum, gaudens ac videns vestrum ordinem & soliditatem vestrae in Christum fidei.

ETENIM QVAMVIS CARNE SIM ABSENS. E. Ratio cur moneat Colossenses vt caueant ab impostoribus, sumpta a cura & studio Pauli pro Colossensibus, qui non solum praesens sed & absens curat pro illorum salute & vilitate. c. Ne quis ergo obiceret, ex loco tam remoto parum opportunam esse admonitionem, dicit amorem erga eos suum facere vt illis adit spiritu, & quasi ex praesenti indicet quid illis expediat. B. Sic alibi: Ego quidem absens corpore, praesens autem spiritu, iam decreui tanquam praesens. i. Cor. 5. a. 3. c. Et praesentem statum eorum laudando, admonet ipsos ne in delabantur. GA. V. DENS, INQUIT, AC VIDENS VESTRVM: Hoc est, quia video. Copula enim particulam causalem valet: quod Latinis & Graecis est vsitatum. Perinde est ergo ac si diceret: Pergite qua coepistis. Scio. n. vos haecenus tenuisse rectum cursum, quoniam non obstat loci distantia quominus vos oculis mentis aspiciam. B. Quanquam enim carne absens sum, animo tamen adsum: nec ignoro quosdam sinceritate fidei vestra insidiam. ET SOLIDITATEM VESTRAE IN CHRISTVM FIDEI. c. Duo ponit quibus constat Ecclesiae perfectio, ordinem inter ipsos & fidem in Christum: ordinis nomine tam consensum quam mores rite compositos & totam disciplinam significans. Fidem a constantia & stabilitate laudat, significans inanem esse fidei vmbra vbi animus vult & alternat inter varias opiniones. Particula IN CHRISTVM. E. innuit obiectam personam, quam apprehendit fides ad salutem.

6 Quemadmodum igitur accepistis Christum Iesum Dominum, in eo ambulate.

QVEMADMODVM IGITUR ACCEPISTIS CHRISTVM IESVM. B. Postquam dehortatus est a falsis doctoribus & falsis doctrinis, incipit nunc adhortari ad constantiam in sana doctrina de gratuita iustitia: c. docens nihil Colossensibus profuturum quod semel Christum receperint, nisi in ipso permaneant. B. Quasi dicat. Dilicistis praedicatione Euangelica omnem sapientiam & perfectionem esse in Christo: PAR. superest igitur vt in eo quod recte coeptum est perseueretis ac proficiatis. c. Porro quia pseudoapostoli Christi nomen obtendunt ad fallendum, bis occurrit huic periculo, dum pergere ipsos iubet quemadmodum edocti fuerant, & quemadmodum receperant Christum. Nam his verbis admonet ita constantem adhaerendum esse doctrinae quam

ad Epaphra tradita amplexi erant, vt sibi ab alia quavis doctrina & fide caueant. Sicut dicebat Moses, Haec est via: ambulate in ea, Deut. 5. d. 33. Et sane ita agendum est vt veritas Euangelij, postquam nobis est patefacta, nobis sit murus ahencus ad repellendas omnes imposturas. Sana doctrina ad quam Paulus adhortatur Colossenses vt in illa constantes permaneant, haec est, quo credant constanter extra Christum non esse salutem, & iustitiam esse gratuitam: idq; contra falsos doctores probabili sermone studentes decipere. c. Tribus autem metaphoris hanc fidei constantiam exprimit. Comparat n. puram Euangelij doctrinam, vt eam didicerant, viae certae, quam quisquis tenuerit, sit extra erroris periculum. Hortatur ergo, si no velint aberrare, vt ne a cursu quem ingressi sunt desistant. B. Itaque ambulare in Christo Iesu est ex fide certo statuere Iesum Christum Dominum esse, seruatorem & iustificatorem nostrum: extra Christum Iesum non esse salutem, non iustitiam: nos gratis fide in Iesum Christum iustificari absque operibus Legis, &c.

7 Radicati & superstructi in eo, ac confirmati in fide, sicuti edocti estis exuberantes in ea cum gratiarum actione.

RADICATI ET SUPERSTRUCTI IN EO. c. Secunda similitudo sumpta est ab arboribus. Sicut enim arbor radicibus profunde actis, facis habet sustentura ad sustinendos omnes ventorum & procellarum impetus: ita si quis in Christo alte ac penitus fixus sit tanquam in firma radice, nullis Satanae machinationibus deiici poterit a recto statu. Contra si quis non defixerit radices in Christo, facile circumferetur quouis vento doctrinae, non secus atque arbor nullis sulta radicibus primo quoque statu abripitur. a. Radicati ergo hic dicuntur in Christo Iesu qui in cognitione & fide in Iesum Christum radices fixas egerunt: & sic certa cognitione & fide in eum muniti sunt, quod iam queant procellas & tentationes diaboli, mortis, rationis & humanae sapientiae sine periculo ferre. ET SUPERSTRUCTI. c. Tertia metaphora est fundamenti. Domus enim quae fundamento non sustentetur, mox corruit. Idem & is accidit qui aliis fulguris quam Christo incumbunt: vel certe qui non sunt in eo solide fundati, sed habent quasi suspensum fidei suae aedificium propter infirmitatem ac leuitatem. B. Superstructi ergo dicuntur qui Iesum Christum Dominum fundamentum habent cui adherent, qui super Iesum Christum petram fide & fidei confessione positi sunt. Et hi facile contra omnes procellas & tentationes subsistere possunt: qui firmo fundamento inniuntur: contra quod ne inferorum quidem portae quicquam valere possunt. A. De qua re vide Mat. c. 7. d. 26. & 16. c. 18. & 1. Pet. cap. 2. a. 5. AC CONFIRMATI IN FIDE. Idem absq; figura repetit quod per translationem dixerat, nempe viae prosecutionem, radicis & fundamenti sustenturam esse firmitudinem & constantiam fidei. B. Confirmatos in fide intelligit eos qui iam in fide certi sunt Iesum Christum Dominum esse saluatorem & iustificatorem, & opera ac merita non esse salutis & iustitiae causas. SICVT EDOCTI ESTIS. Nimirum per praedicationem Euangelij, quam ab Epaphra accepistis. EXUBERANTES IN EA. c. Non vult eos tantum stare immobiles, sed magis in dies ac magis augetur. CVM GRAT. ACT. c. Vult eos semper esse memores vnde fides ipsa proveniat, ne esserant arrogantia sed potius cum timore acquiescant in Dei dono. Et certe ingratiudo sapissime in causa est cur nos tam luce Euangelij quam aliis Dei gratis priuemur. B. Gratiarum actio praecipuum bonum opus est quod peragitur confessione oris & ipsis factis. B. Constat autem ex hoc loco fidem in Christum ab Apostolis vsque adeo perfecte tradi am esse vt nullis opus sit legibus & decretis nouis, quibus absoluat imperfectione Euangelica & Apostolica traditio.

8 Videte ne quis sit qui vos de praedetur per philosophiam & inanem deceptionem, iuxta constitutionem hominum iuxta elementa mundi & non iuxta Christum.

VIDETE NE QVIS SIT QUI VOS. B. Pergit adhortari Colossenses vt sibi a falsis doctoribus caueant. DEPR. ED. ET V. c. Verbo vtitur quemadmodum proprio. Alludit enim ad praedones qui du violenter rapere gregem nequeunt, fraude abigunt pecudes. Ita Ecclesiam facit Christi ouile, & huius ouis septa pura Euangelij doctrina. Nos ergo, qui sumus Christi oues, significat tuto in loco quiescere, dum fidei vnitatem tenemus. Pseudoapostolus a. praedonibus facit similes, qui a caulis nos abducunt. Vis ergo in grege Christi censeris vis manere in eius caulis? Ne latum vnguem a doctrinae puritate desectas. Nam certe boni pastores officium faciet Christus nos protegendo, si tantum vocem eius audierimus, alienorum voces respuerimus, Joh. 10. a. 5. B. Depraedari ergo hic est instar praedae abducere ad seruitutem Legalem & iugum humanarum traditionum. PER PHILOSOPHIAM. c. Nominem philosophiam, intelligit quicquid ex se comminiscuntur homines, dum volunt proprio sensu sapere, idque non absque specioso rationis praetextu, vt in speciem probabile. Aut (si vno verbo quis malit) philosophia nihil aliud est quam persuasorius sermo, qui pulchris ac plausibilibus argumentis se infinet in animos hominum. Tales quidem erant omnes philosophorum argutiae, siquid de suo addere velint ad purum Dei sermonem. Itaque philosophia nihil aliud erit quam spiritualis doctrinae corrapela, si Christo permisceatur. Sed meminimus Paulum sub Philosophiae nomine tantum damnae omnes adu- lterinas doctrinas quae nascuntur ex humano capite qualemcumq; habeant rationis colorem. M. Quidam vero hoc loco abutentes, bonas omnes disciplinas aspernantur, tanquam nihil aliud esset Christiana religio nisi extrema inscitia. Sed ea opinio perniciose est rebus humanis, cum sine eloquentia, sine literis, sine legum cognitione, sine medicina haec vita corporalis conseruari non possit: nec magis cibus opus sit generi humano quam his artibus. A. Praeterea non parum confert humanarum disciplinarum scientia ad intelligendam sacram Scripturam. M. Et res loquitur ipsa, sine scientia linguarum & sine iis artibus quae recte & perspicue loqui docent, euariari Scripturam non posse. Necessaria est & altera philosophiae pars, quae morum praecpta tradit, & quae leges regularum ciuitatum peperit. Est enim quadam doctrina & paedagogia praesertim somandis ad humanitatem moribus opus. c. Falso igitur quidam putarunt hic damnae a Paulo philosophiam: a. cum tantum damnet quicquid ad euertendam gratuitam iustitiam adhibetur, ve

... IN ANIMAM DECEPTIO...
... nihil est quam inanem...
... ad eos qui ex infideliis...
... Quicquid vero decipit, au...
... habet, reuera aurem...
... est & inanem deceptio...
... exponat, iuxta a...
... quam improbo, ni...
... sunt in rebus visibili...
... iustitiam, seu (qu...
... ordinationes monasticas...
... Vocat eleme...
... mundi. P. Vocat eleme...
... non sunt in spiri...
... hoc est, quae non sunt in spiri...
... opera Legis diuinae secu...
... vt aperte vides Gal. cap...
... Colossensium pleado...
... gentes, partim Circum...
... & veram sapie...
... quanta suppellesta...
... beatam. Nec sine probab...
... locis, sed detoris...
... opera meritoria & la...
... & seueras, laud...
... gratias amplexa...
... Quare omnia...
... Philosophica en...
... circa ext...
... Hoc est...
... iustitia in sp...
... inquit, ad est ex hoc...
... Notandum autem...
... Christum oppon...
... cerebro fabricatum est...
... doctor nobis ordinat...
... vel exiguo hum...
... alienas a Christi...
... Dei constituant, c...
... hominum mente...
... vocet Christus.

1 per-
- jorio
- ermola

Al [D...
- ces] i...
- dum...
- a. t...
- e. ec...
- e. w...
- (ca...
- Chris...

10. Et estis in illo comple...

Et istis in illo. c. Adit...
- in hac nobis prodesse...
- Quod totus Deus in Christo...
- perfectionem possideamus...
- effectum in perpetuum...
- in quod Dei gloriae deo...
- intelligit tamen Paulus C...
- quod explicamus ita vt...
- insiguis, digna quam...
- debet nos gratis prop...
- Legis est ad iustitiam o...
- hoc loco ac nouam p...